

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Iacobus Salesius, & Guilielmus Saltamochius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

infirmi timentis ne à prae-  
sente dæmone illum secum  
rapere connitente abripere-  
tur brachio, Italicè dixisse :

Ioannes Dominice , firmus  
estò animo : & ne dubitaueris,  
quia hic sum ego, ut te adiu-  
uem. Mox fugatum ab An-  
tonio minacem dæmonem  
abijisse ; simul videri Anto-  
nium patruum desijsse . Hec  
ille iuratus dixit ; & valetu-  
dine breui receptâ , meliori-  
bus quàm antehac viuendi  
consilijs etiam confirmauit  
ea quæ iureiurando affirmâ-  
rat .

Iuuat con-  
tra dæmo-  
nem.

P. Jacobus Salesius, & Guiliel-  
mus Saltamochias .

Coad.

Vterque in odium fidei  
Catholicæ ab hæreticis Al-  
benaci captus, longâ fame ,  
siti, ærumnisque vexatus est .

Galli.  
Albenaci .  
7. Febr.  
1593.  
ætat. 37.  
Soc. 20.

Sq-

Salesio pro fide doctè lo-  
quenti os luto impletum . Inde pro inimicis orantis  
humerus sclopo traiectus ;  
& Iacobus IESVM clamās  
ferro in pectus adacto con-  
fossus est . Amplexus illum  
Guillelmus Coadiutor pu-  
gionibus trucidatus . Cada-  
uera per sex dies iacuere .  
Autores necis alij aliâ cla-  
de puniti diuinitùs, delirio ,  
triremibus, infamiâ; quidam  
etiam corrosi à vermibus  
interière . Cæterùm Sale-  
sius Philosophiam, ac Theo-  
logiam Scholasticam pri-  
mùm, deinde moralem, do-  
cuit , linguarum sacrarum ,  
in signitè peritus . Asthma-  
te, ac immodicæ famis mor-  
bo afflictus, laborabat tamē  
æquè ac valens . Vbi vbi  
esser, vnum sibi è socijs mo-  
ni.

Fides .

Humilit.

nitorem deligebat fidelem,  
atque assiduum. Dulce illi  
fuit silentium; & iude faci-  
lior ars orandi v̄su firmata.  
Vnde tenerè, ac facilè abri-  
piebatur ad Deum ab ijs  
quæ videbat. Aiebat;debe-  
re quemuis impensè gratu-  
lari Deo cum Sanctis de illa  
iucunditate quâ ipse infinitè  
gaudet. Cubiculi ianuam  
pulsante quopiam, curuatis  
genibus dicebat: *Intra, Deus Iaculet.*  
*meus, intra animam meam.* *Euch.*  
**Sanctissimam Eucharistiam**  
ferè horis singulis adorabat;  
sæpè etiam visitabat. Dixit  
Superiori; se à Deo singulis  
horis martyrium petijisse,  
idipsum petebat quotidie  
coram SS.Sacramento, reci-  
tatâ quinques Dominicâ, &  
Angelicâ oratione in hono-  
rem Regis Martyrum boni

Iesu.

*Oratio.*

*Iaculet.*  
*Euch.*  
*Horæ.*

*Oratio.*

Iesu . Dixit etiam cuiquam  
annis aliquot ante mortem;  
optimum genus mortis fore,  
si sclopo inter orandū ieiū  
concederet : benè quoque  
illi quā esset cædendus in-  
nui precabatur . Totus in-  
amore Dei erat , seu ad so-  
cios diceret , seu familiari  
vſu colloqueretur . Affectus  
aliquot hisce versiculis illi-  
gauit :

*Amor Dei.*

*Gusto Deum , cupio , zelor ,  
gratusque renoluo :  
Offero , depono , atque resigno ,  
mortificorque :  
Confero , magnifico , admiror ,  
congratulor ipſi .*

Anno 1622. 5. Iulij Bru-  
xellis dæmon ex energume-  
na dixit , se libello de fide  
ab eo composito mirè vri-  
cæsum esse illum Albenaci  
ab ijs quos ipſe suos ami-  
cos

cos appellabat. Nocte post  
cædem proximâ, in eo, in  
quo Salesius natus fuerat  
cubiculo, per horæ spatium,  
& amplius, mirus quidam  
splendor eluxit ; cuius rei  
mysterium postea eius nun-  
ciata mors enucleauit.

Cubiculū.

Guilielmus Saltamochius.

Coad.

Sutor officio, & postea  
P.Salesij socius fuit. Cùm in  
Patris eiusdem morientis  
amplexibus mori peteret,  
iamque configeretur, manus  
in crucis formam ante pes-  
ctus composuit, seque ad  
mortem heroicam breuium  
dolorum, ac æternorū præ-  
miorum commemoratione  
cohortatus, Patere, aiebat,  
caro, patere ! Et Iesum pro  
dolorum condimento inge-  
minans vixit felix.

Gallus

ibid.

7. Febr.

1593.

etat. 38.

Soc. 12.

Patientia.

Caro.

C 2

P.Io.